UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

315. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

que proprio ſeniori ad noſtram utilitatem & ſui ſenioris, excepto his ſacramentis quæ juſtè ſecundùm legem alteri ab altero debentur.

Ex eodem, cap. x.

De perjuriis ut caveantur, & non admittantur teſtes ad juramentum antequam diſcutiantur. & ſi aliter diſcuti non poſſunt, ſeparentur ab invicem, & ſingulariter inquirantur. & non ſolùm accuſatori liceat teſtes eligere abſente ſuo cauſatore. & omnino nullus, niſi jejunus, ad ſacramentum vel teſtimonium admittatur. & de ipſo pago & de vicinis centenis eligantur. & ſi quis convictus fuerit perjurij, perdat manum, aut redimat.

Lib. 3. Capitular. c. 10. Lib. 2. Leg. Longob. tit. 51. c. 2. & tit. 58.

De eadem re. *Ex eodem, cap.* LVIII.

CCCXV. Ut ſacramenta quæ ad palatium fuerint adramita, in palatio perficiantur. Et ſi ſacramentales homines venire renuerint, juſſione dominica aut indiculo aut ſigillo venire cogantur.

Lib. 3. Capitular. c. 58. Lib. 2. Leg. Longob. tit. 55. c. 26.

Ex lib. IV. *cap.* XXVI.

Ubi antiquitus conſuetudo fuit, & ubi mallum habetur, ibi ſacramenta jurentur.

Lib. 4. Capitular. c. 28.

Ut Epiſcopus ſuper ſacra non juret. *Ex Concilio Meldenſi, cap.* XXXVII.

CCCXVI. Ut nullus deinceps Epiſcopus ſuper ſacra jurare præſumat. quod myſterij cauſa ſancti quæſierunt Patriarchæ, & fecerunt. Non enim in hæſitatione & malitia exigentis, ſed in caritate non ficta fides ſer-

Concil Meld. c. 38.